



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

28. Julii. Attendamus tantùm divinis obsequiis, Deus nobis ultro, quæ
opportuna fuerint providebit. S. Ignat. apud Bart. f. 345.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

28. Julii.

*Attendamus tantum divinis obsequiis ,
Deus nobis ultro, quæ opportuna fuerint
providebit. S. Ignat. apud Bart. f. 345.*

Justô major temporalium cura diffiden-
tiæ , vel appetentiæ argumentum est.
Qui pascit volatilia cœli , suorum minùs
obliviscetur. Inanis nos sollicitudo tangit.

Si magis delectaremur internis , rariùs
memoriam subirent temporalia; quibus si
occupetur animus , non potest sinè pugna
levare se ad cœlestia. Pessima commutatio,
horum damno, illa promovere.

Quid labore fatigaris ? incassum semi-
nas, frustra rigas , nisi Deus det incremen-
tum. In ejus manibus multiplicantur pa-
nes, ut millibus sufficiant. Liberalibus in
Deum, non est timenda inopia.

Qui quærit abundantiam, per spiritua-
lia quærat ; non veniet illa, nisi largiente
illo, à quo omnia. Si quis in temporalibus
affectus appareat, vide, an non præcesserit
in spiritualibus.

29. Julii.

*Qui domitos habet affectus, plus unius quæ-
drantis meditatione fructus assequetur,
quàm*